

XVI (32, fol. 44^v)

Friedrich der Freidige gibt eine zusagende Antwort.

Ende 1295.

[Q]ui veritatem et iusticiam imitatur, sua negotia a scitu proborum hominum non abscondit, qui vero [in] iniuriis ministrat et fraudes parat^a), oculte frangit omnia sua facta, quod communibus proverbii attestatur: *Veritas non querit angulos, qui vero male agit, odit lucem*¹⁾. Hinc est, quod nos ad vestrum consilium et mandatum fines Austrie adire intendimus et violentas iniurias, quas nobis dominus rex Romanorum, dictus Adolfus, sed verius dici potest Scadolfus^{b 2)}, infert [et] multas tribulationes [vobis] ceterisque principibus volumus recitare et si vobis visum fuerit, quod in nostra terra, nobis hereditaria, aliquod ius habeat, sibi cedere volumus et libere resignare. si vero in predicta terra nullum ius habere videbitur, de vestra benigna clemencia et iusticia plene presumimus et speramus, ut ipsum diligentius informetis, ut nos nostrosque homines non impugnet^c), [sed] suam violenciam indignacionis a nobis amoveat amplius et avertat.

XVII (33, fol. 45^r)

Einer der Söhne des Landgrafen (Friedrich der Freidige?)¹⁾ an die Bürger von Gotha: sie möchten den mit ihm abgeschlossenen Frieden bis zu seiner Ankunft im Osterland halten.

Anfang 1298.

[Q]ui fidem promissam diligenter servaverit, sine dubio optime certavit testante apostolo sic dicente: *Bonum certamen*...²⁾ Hinc est, quod vestram industriam decrevimus amonere, quatenus fidem nobis promissu^a) factam memorie^b) imprimatis, atendentes, quod terra Austrie

XVI. ^a) so wohl statt (par)tat ^b) folgt nobis ^c) impugnat

¹⁾ Jo. 3, 20. ²⁾ Hier liegt wohl ein Wortspiel vor: Adolf = edler Wolf, Scadolf = schädlicher Wolf. Es ist allerdings nicht sicher, ob dem Verfasser der Briefe diese ursprüngliche Bedeutung des Namens bekannt war, sicher ist nur, daß er mit diesem Wortspiel eine Verächtlichmachung bezweckt. Vgl. dazu auch Cronica S. Petri Erfordensis mod. (MG. SS. rer. Germ., Monumenta Erphesfurtensia) S. 313: non iam rex, sed regni fex... und Carmen de Adolfo rege Thuringiam invadente, ibid., S. 405 vers. 54: Adolfus rex, regum fex...

XVII. ^a) so vielleicht statt promissam Hs. ^b) memoris

¹⁾ Der Absender könnte Friedrich d. Fr. alleine sein, der ganz allgemein seine Rückkehr nach zweijähriger Abwesenheit ankündigen will; vgl. oben S. 484 Anm. 95. Vielleicht aber auch beide Brüder, die ihren baldigen Einmarsch ins Osterland melden. ²⁾ 2. Tim. 4, 7.